

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Sleker Jakob Breiger

Exercitatio Philosophica De Uno

Rostochii: Pedanus, 1612

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn729131815>

Druck Freier  Zugang



F. Sleker.
R. U. phil. 1612.

D. T. O. M. A.

Exercitatio Philosophica

118.

Z.
3.

DE UNO.

In Inclyta Academia Rostochiensi

PROPOSITA

à

M. JOHANNÈ SLEKERO

Ph. P. P.

RESPONDENTE

JACOBO BREIGERO

Neoburgensi Lunæburgico.

Hahebitur disputatio 23. Decembris
loco consueto.



ROSTOCHII

Typis exscripsit Joachimus Pedanus

ANNO M. DC. XII.



Thesis I.



V premium illud, in quo, quicquid extra nihil possum, extrema resolutione conquiescat, vocabulo Entis designari qui intelligit; notionem ejus & conceptum, non posse non confusum esse, animadverteret.

2. Adeoque haud officio suo defunctus videbitur, nisi mentis agitatione ad pleniorum magistrorum distinctam ejus apprehensionem prosector, affectionum illam sicut etiam, qua secundo naturae momento ex Ente pullulat, ingenua delectatione fuerit contemplatus.

3. Cum enim nihil sit in hoc rerum ordine, quod essentiam suam non aliquo proprietatum & attributorum ornatu habeat excultam: inquit, eo omnis scientia ratio versetur, ut, quicquid hujuscerei est, in censem contemplationis nostrae veniat: Annon Ens ipsum, (cui omnia subjecta) & sua quadam obtineat regni hujus axiomata? Et ad ea spectanda, mentem hominis ingenui non excitet?

4. Qui ergo primus & simplicissimus in re quavis conceptuum ordo est, eum in hac etiam indagine, si magnorum philosophorum vestigijs insistentes persequamur, ad Unius naturam accessus erit planus.

5. Ut enim de Socrate v. g. instituta quassione, si ex primis principijs aliquid constitendum sit, primum hanc rem (Socratem) concipimus: secundo loco, non Socratem; tertio demum removemus non Socratem, à Socrate, demum concipimus, Socratem illum non esse non Socratem, i.e. non esse à seipso divisum: Postremo Socrate à Platone diviso, intelligimus multitudinem ex Socrate & platonem quasi conflatam.

6. Eodem modo in hac etiam contemplatione à primis initijs exorsis, primo quidem (inquit Thomas) concipimus Ens: deinde oppositum Entis, videlicet non Ens: tum vero hoc (non ens) ab Ente removemus; ut nempe intelligatur (qua in re primi principij ratio

A consi-

confitit) Ens, non esse non Ens: Eoḡ ipso Ens illud sibi ipsi intro-
sum quasi obvertitur, velut à seipso invicivsum; sibi ipsi maxime uni-
tum & conjunctissimum; adeoq; Unum.

7. Hinc illud percrebuit, aequali ambitu hae duo (Ens & u-
num) per omnia divagari; & exacte sibi invicem respondere: quod
pulchre & pluribus à Boethio dictum, quidni, (qua instituti nostri
ratio est) verbis ipsius ex lib. de unitate hinc inde collectu, eloquamur.

8. Unitas (inquit Boethius) est, qua unaquæq; res dicitur esse una. Sive enim
sit simplex, sive composita; sive spiritualis, sive corporeæ; Res unitate una est: &
tamdiu est, quicquid est, quamdiu in se unitas est. Cum autem definit esse Unum;
definit Id quod est. Unde & hoc: Quicquid est, ideo est, quia unum est. Et sicut
unitate, res ad esse ducitur, sic & in illo esse castigatur. Hinc quicquid appetit Essere,
appetit Unum, & ad illud tendit: Nempe quia esse & unum, inseparabiliter sele
comitantur, & videntur simul natura.

9. Quia enim creator unus est, ideo rebus, quas condidit, hoc in munere dedic,
ut unaquæq; esset etiam una, Prima enim & una unitas, qua est unitas sibi ipsi
creavit aliam unitatem, à se diversam, & quasi oppositam. Hinc, quia creatrix uni-
tas non habet principium neq; finem, nec permutationem, nec diversitatem: ideo
creata unitati accedit Multiplicitas, diversitas, mutabilitas. Veruntamen secundum
descensum unitatis à superiore ad inferius; & secundum gradum suæ elongationis
à prima unitatis origine, sit degeneratio hæc: ad similitudinem aquæ, qua in circu-
suo subtilis & clara nascitur, sed paulatim deorsum fluens in paludibus & stagnis
inspissatur & obscuratur. Ita inquam paulatim variatur unitas, propter varia-
tem materiæ, qua sustinet eam.

10. Hæc inquam Boëthius; ad quæ, cum Plato ipse accedat in Parm: & So-
phista: non est ut moveamur Proeli, Plotini, Pici & aliorum sententia, quibus
Unum prius esse visum est. Prius autem cum dicunt, Pico interprete (lib. de
Ente & uno c. 1.) & simplicius intelligi volunt & communius. Quare & Deum
(cujus summa simplicitas) esse quidem unum dicunt; non tamen esse Ens. Intra-
terminos item unius concludi primo omnium Materiam, rudem scilicet illam &
informem. Quæ tamen extra (ut volunt) Entis limites est.

11. Non, inquam moramur hæc; quibus & Picus ipse satu de-
rogat: & quod reliquum est, Faventinus exequitur: quaque Mar-
silius (Ens. 6. l. 9. c. 1.) iniçit, levia videri possint, revocata ad
Enis (quam Peripatus offert) doctrinam, & hanc unius distinctio-
nem à Thoma 1. p. q. II. a. 1. alijsq; inculcatam, qua unum dupliciter
accipitur 1. Simpliciter quod cum Ente conversi diximus: ita qui-
dem

dem, ut, quemadmodum unum quod est Ens, sic & unum. Si Ens
simplex, compostum, in potentia, vel actu, necessarium, contingens;
concretum, abstractum &c: ad omnes has diversitates se diffundat
& Unum. 2. Secundum quid: quod ex priorinatum, ad certam
quasi speciem contrahitur; ut sua loco patebit.

12. Hic priori illo in considerationem vocato, repetimus id,
quod nuper constitutum est, unum realiter convenire cum Ente; cui
tamen quippiam superaddat, ut ratione invicem distingui, adeo
subjecti & affectionis conditione ut queat.

13. Id vero superadditum, Nunquid positivum quippiam
sit, an negativum? id questionis est; nec omnium sententia una. vide
Suar. d. 4. S. 1.

14. Arist s. Metaph. c. 6. non obscurus sua sententiae interpres:
Universo, inquit, que divisionem non habent, eisipso, quia non ha-
bent. Unum dicuntur. Negabiam apud me ullum, quin ut divi-
sione intelligitur unum Ens sive plura; sic unitas negatione divi-
sionis recte explicetur; etiam tunc, si vel maximè positivam enti ratio-
nem superaddat.

15. Simplicissima quippe & universalissima, cum sui explicandi
rationem aliam habeant per Synonyms i aliam per enumerationem
ebrum que ut subjecta contentis alijs per negationem: sciscitanti quid
sit unum? feliciter sat facies negatione ea quam dixi: ut tamen
quaslibet integras sit, An, quod negatione ista explicetur, positivum sit
vel negativum?

16. Dubitandi ratio non levio, quam primo loco Suarez ponit,
alio prosequatur latius, in hanc sententiam, quod non omne voci-
bus designatum negantibus, negativum sit; sed cum deum, quando
id, quod per negationem removetur, est positivum.

17. Exemplis id constat & ratione. Audias enim loquendi modos, ex puris ne-
gationibus confectos (v.g. non nemo, non nihil) videoas quibus non ens removetur,
& negantur negationes (v. g. cum Deum non agamus esse malum, impotentem, injus-
tum &c.) Et tamen neq; nomina illa *negativa* quis dicere audeat (Grammatici, &
Dialectici) reclamant, nec patitur vulgaris loquendi consuetudo & perse planum
est, Deum ita negari malum, injustum; hominem irrationali &c. ut eo ipso bonus
justus, rationalis, habeatur.

A 2

18. Hoc

18. Hoc est quod dicimus, verbis negativis positivam designari naturam, adeoq; positi^a rectius dici, quod hoc modo non inepte probatur: Quicquid destruit id, quo destruebatur positivum, id assertit ipsum positivum. Sed prius est verum tum in exemplis allatis, tum in Indivisione Ensⁱs. E.

19. Hinc porro concluditur: Si unum est verè negativum: Ergo est positivi alicuius negativum. Ergo illud positivum est prius ipso uno: Eritq; ipsum Ens; ut constat. Ergo per rationem unitatis ens de Ente negabitur, quod absurdum. Imò si unum neget multitudinem, & multitudo unitatem; annon vel circulus committitur vel processus sese aperit in infinitum?

20. Non leve inquam argumentum hoc; sed quo tamen ipsa veritas ponderosior sit; quam ex prolixo illo Suarez^y discursu explicabimur, hac posita assertione: Positivum quipiam Enti per rationem Unius superaddi nequit, sive secundum rem vel ex natura rei, vel ratione deniq; statuatur ab Ente distinctum.

21. Si enim in conceptu Enti, praecepsā omni (quacunq; demum illa^{si}) ratione positivâ, adhuc in ipso Ente reliquum est id, quod unitati constituenda debeturi: Ergo per aliquid positivè superadditum (etiam secundum rationem) unitas ei non conciliatur. Sed prius est verum. E.

22. Ita nimis in compositis, ita in simplicibus sese res habet: Et quidni etiam in Ente communiter sumpto?

23. Videamus ergo composita physica: & quicquid positivi illis competere natum est, age mentis nostra edictio omne constituamus in medio: apparebit utiq; omnia illa ad rationem hujusmodi Enti, quatenus tale ens est pertinere; etiam priusquam cogites Ens illud esse unum: v. g. in humanitate, unio talis animæ & corporis, est de ratione essentiali hujusmodi entis, quatenus tale ens est; etiam se conceptus unius nondum accesserit & in alijs ratio eadem est.

24. Non dubium ergo, quin & omnis ratio positiva Metaphysica qua in rebus physicis unionem illam profundamento habet, quovis modo pertineat ad rationem illius rei, qua Ens tale est, non quatenus Ens unum.

25. In

25. In simplicibus, age respiciamus Deum: Quem sine ulla re vel rationis positiva supervenit, simplicis tantum illius naturae conceptus, unum agnoscimus: negatione videlicet divisionis in se, quæ & ab omnibus creaturis intelligitur esse distinctus.

26. Argumento igitur in oppositum quid respondendum sit, cognoscetur rectius, postquam natura hujuscemodi negationis plenius fuerit exagitata, quæstione hac, quænam ista negatio sit. Et quortuplex? Nunquid ejus, qua vel in se vel à se indivisum Ens, divisum à quovis alio intelligitur?

27. Questionis sensum ex terminis: & horum intellectum aliqua disces exemplorum accommodatione, v.g. trianguli, ternarij &c. Duplicem enim (præter eam, qua ab alia quavis figura & numero differunt) tum divisionem tum indivisionem in his concipere possumus: unam, qua in se, id est secundum intrinsecas essentias & constitutiones suas partes, (v.g. tres unitates, tres lineas) vel divisa vel indivisi sunt. Alteram, qua totum, quantum quantū est, & secundum omnē essentias suas rationem, à semetipso vel divisum vel indivisum est.

28. Hanc ergo Totalitatem illam partialem & secundum quid dicere possumus. Et si enim quod in se divisum est, secundum unam (ut ita dicam) partem non sit Idem sibi ipsis est tamen, quoad alteram: ad eum non est prorsus à natura & essentia sua alienum; quod demum usū venit in divisione à se.

29. Hac enim ideā à seipso totaliter divisum; plane deserit seipsum, neq; ulla ratione seipso participat, vel unitur: adeoq; ad non ens, & quicquid sue naturæ contradictrioriè oppositum est, transit, & seipsum destruit, quia unitatem destruit, qua cum Ente convertitur; ita quidem, ut idem à scipio esse divisum, nihil aliud sit, quam Ipsum non esse ipsum.

30. Contradictrioriè ergo Unum opponitur huic divisioni à se: plane ut Ens non Enti: & sicut Ens cum uno; sic non Ens cum divisione à se convertitur.

31. Neg. dubium est, quin ab hac divisione longe absint multitudine & pluralitas. Que etiamsi unitati opponuntur; non contradictrioriè

Diclorie tamen opponuntur; neq; ratione Entis vel Unius plane excludunt: nimirū quia in se quidē, divisa sunt, non tamen à se. Ad eō ut se totū Unum non sunt, ita nec totaliter divisa: Cū omnīs pluralitas & multitudine unitatē, cuius sint presupponant; & ad eandem revocentur.

32. De proposita ergo questione sententiam rogatus, Respondeo; Unitate transcendentali, negari divisionem ultramq;, In se & à te: hanc quidem contradictiones illam privative. Formalē tamen unius rationem non ingredit ultramq;, sed priorem tantum: quicquid etiam dicat Socr. q. 23. vide Fons. 4. Met. 6. 2. q. 5. s. s.

33. Quo animadverso per se jam pater illud, quid sit, Unum dicere negationē per modum privationis? Nimirū quod divisionis hac negatio per modum pura & simplicis, negationis accipienda non sit, qua videlicet indivisum opponatur non Enti, sed qua opponitur diviso.

34. Cum enim negatio sit; & non mera tamen negatio; ea voce describenda utiq; fuerit, qua illud naturali nobis insinuetur: quantum-
vū privatio propriē dici nequeat: nec omne ens (v.g. Deus) hujuscē
divisionis sit capax. Quam tamen ad rem, qua Fons. d. l. p. 774.
adīcit, non facile admiserit ī, qui tenet, negationem divisionis in
seipso, vel in re illa, qua una dicitur, rationem unius constituere:
& unitatis rationem in primo analogato sincerissime conservatam
oportere. Privatio itaq; est similitudine quadā, ut enim privatio nega-
tionem significat in aliquo subjecto, ita & unum quod est passio Enti,
negationem divisionis significat in aliquo Ente quod unum dicitur.

35. Quod ergo hic queritur Annon in definitione unus sit &
esse debeat, Esse divitum ab alio? In eo audiendus Soncinas est;
distinguens id, quod formalē unitatis conceptum ingreditur (Et sic
negat, divisum ab alio esse de formalē unius ratione) ab eo, quod
formalē rationem ejus consequitur.

36. Et sic unum importat divisionem, ab alio: sive aliud hoc
terminum designet realem, vel negationem: sive actu existens sit
(quomodo nunc post mundum conditum Deus ita unum est, ut sit di-
visus ab omni creatura) vel tantum possibile sit, ut ab eterno.

37. Constat ergo Indivisionis ratio: qua tamen non omne il-
lud

Iudicantur quod voce unius exprimitur, & affectionis nominis venit, superiori dispens. th. 49. & seq. constitutum est, & ex dictis elucescit, nempe unum non esse Indivisionem sed Ens indivisum; in significatu videlicet adequato. Indivisionem vero esse id, quod extra Entis rationem, Enti superadditum, rationem unitatis ei conciliat.

38. In Unitatis autem natione cum duplex formari posse conceptus, 1. Unitatis indivisa, 2. privationis Ens juncta; adeo dubitari posse, Nunquid unum primò dicat Ens, vel Indivisionem? nos primum illum conceptum secundo anteponimus; respicientes ad id, quod superiori dispens. th. 36. jam ante constitutum est.

39. Quibus recta ratione comparatis facile intelligitur, quod inquit Arist: Unum non esse prater Ens: unius & Entis eandem esse naturam, propterea quod se invicem sequantur; non tamen quod una ratione significantur: 4. Met. t. 3. & quod 10. Met. t. 5. unum aut simpliciter, aut prout est unum, indivisibile est. Ad qua Alex: Ego enim qua unus sum, individuum sum, neq; sum unus & multi quemadmodum homo universale, ut in aliis homines dividi possem. Quia vero sum quantum, dividuum sum. &c.

40. Negat obscurum esse potest, quām plane scopum non feriant rationes Timpleri l. 2. c. 3. q. 11. eo quod unum non sit negatio quadam vel indivisio; sed Ens indivisum. Et (verba Fons. sunt p. 709.) absurdum non sit, tribuere Deo nomine privativa: quantum demum imperfectionem significant, cum id, cuius absentiam designant, perfectionem importet.

41. Imò vero, si extra ens consideretur unitas, uti perfectiōnem non designat; ita omnem quam habet, ab Ente recipit: cuius etiam respectu magis & minus accipit: Et omnino, quicquid in Ente ipso, quatenus ens, vel tale Ens, simplicitatis vel compositionis, perfectionis vel imperfectionis est, id omne unitati ratione connubij illius cum Ente, commune est.

42. Ex eodem hoc fundamento enascitur, quod ad th. 17. 18. 19. respondendum est: In quibus ut pleraque recte dicuntur, sic quod inde concluditur, veritatis sententia proposita nequaquam obest, nimirum

unita-

unitatem meram simplicemq; negationem non esse: Atqui vero negationem esse privationis, (ut explicavimus) id non infringitur.

43. Ad argumenti ergo propositionem secundam, respondemus negando, quod negatio hæc divisionis, sit negatio negationis.

44. Dictum enim & constitutum est, negationem hanc non esse Entis à se, nec ab alio, sed in se ipso: quia ipsam rei, cui tribuitur, Entitatem & præsupponat, & unitati includat, sine ulla negatione in re, quam per hanc negationem removeri oporteat: adeoq; ad positivam naturam ultero recurrat i. e. ad cujusq; rei entitatem, que hujuscem negationis sit fundamentum: sine omni & circuli vel infinitæ progressionis periculo. Quid enim quæso negat? Rem illam in se esse divisam: & propterea unam.

45. Divisio hæc, multitudinem utiq; parit, unitati oppositam: in qua notari possunt, 1. quod unumquodq; divisum, habeat quandam naturam & entitatem. 2. quod hoc v.g. Plaio. non sit illud v.g. Socr. 3. quod in hac ipsa entitate divisa, quandam habeant (multa illa) convenientiam, secundum quam à se indivisa sint: v.g. Plato & Socrates in humanitate, humanitas & equinitas in animalitate &c.

46. Primum illud, quod negationem non dicat, per se clarum est. Secundum negationem expresse præse fere: tertium, ad unitatem illam multitudinem reducit.

47. Hic ergo mihi vide, cuinam divisionis statui unitas opponatur? seu quianam sit in divisione, quod per negationem removeatur. Et ex supra dictis deprehendes, negari, non secundum illud, sed primum, quod est positivum.

48. Ita nimurum & divisio, negationem dicit, non alterius cujusdam negationis, sed Entitatis indivisa.

49. Ut autem Unum prius est multis sic Indiviso, divisionem antecedit. Quo animadverso, cadit argumentum Fons. cum sit, negationem, qua unum constituitur, non esse negationem multitudinum, sed divisionis; quia unum sit multitudine prius, Annen n. & divisione ipsa prius est unum? Unum inquam quod omnem naturam continet & circumscriptibit; cuius complexum, que effugere posse, nulla varietas, nulla diversitas fuit, nec est nec futura est: quod ejusdem cum Ente natura, ambitu eodem, genera nullo contentum, omnia tamen peragrat & transcendit, ut concludamus cum Arisi. 10. Met. t. 8.

*Severini Boëthi, de Multitudine ad unitatem
revocanda discursus, ex lib. de Unitate.*

1. Ut in luminis diffusione, defectus quidam luminis fit, non propter lumen in se, sed propter elongationem v. g. fenestrae vitreæ à lumine: ita & lumen forme unitaris (forma enim quasi lumen est, & quod sicut per lumen res videtur, sic per formam cognitione & sciencia rei habeatur, non per materiam) descendendo fit debile & obscurum: ut primum ejus, multum discrepet à medio (vide dissert. de Uno th. 9.) & medium ab ultimo.

2. Et propter hanc diversitatem formæ unitatis, non uno modo, sed pluribus dicitur aliquid ab unitate *unum*.

3. Unum enim aliud est essentia simpliciter, ut Deus. Aliud simpliciter cognitione, ut angelus & anima. Aliud conjunctione materiae & formæ. Aliud continuitate *unum*, ut arbor & petra. Aliud compositione, ut ex multis tabulis una arca, vel ex multis parietibus una domus. Alia aggregatione, ut populus, grec, acervus lapidum, exercitus. Alia præpositione, ut rector navis, & rector civitatis, dicuntur unum, similitudine officij. Alia accidente, ut diversa subjecta ejusdem qualitatis dicuntur unum in ea qualitate, sicut nix, cygnus, albedine.

4. Alia dicuntur Unum numero, ut diversa accidentia quæ eidem subjecto insunt: sunt enim numero, id est numerando, ut hoc dulce & hoc cœruleum, hoc longum, hoc latum.

5. Alia ratione; sed hoc duobus modis; quia vel ratione consortij, ut Ets, intellectus, & res, aliquid, & vocabulum *unum genus*. Vel ratione unius sacramenti, ut spiritus, aqua & sanguis, dicuntur unum. Alia natura, ut participatione speciei, plures homines Unus. Alia natione, vel lingua, ut multi homines dicuntur una gens, vel una tribus. Alia more: idq; vel secundum consensum virtutis, & dilectionis, v. g. multitudinis creditum erat cor unum & anima: vel secundum consensum ejusdem vitij, plures homines dicuntur unum: ut qui adhaeret meretrici, unum corpus efficiunt.


6. Sic omnia unitates appetunt, ut etiam ea quæ multa sunt, dici *unum* velint. Quæcumq; enim sunt, id quod sunt, aut vera unitate esse nituntur, aut eam simulant. Quicquid enim est vel est *unum* vel *plura*. Pluralitas autem non est, nisi ex aggregatione unitatum: quæ sit sunt disaggregatae, faciunt multitudinem. Nec quicquam inter has unitates interest, nisi quod illæ disaggregatae sint, & haec continuæ.

7. Continuum genus non est nisi ex discreto: & intellectus continuitatis non est, nisi continuatio disaggregatorum. Nec continua quantitas advenit in substantia, nisi ex unitatibus. Quando enim partem quantitatis signaveris, necesse est, ut sit unum vel plura. Sed omnis pluralitas ex unitatibus, ut dictum est. Et unitas, qua unaquæque res una est, & id quod est.

Corol-

Corollaria.

1. In illis quæ de Unitate indivisione disputata sunt, plus utilitatis est (præsidium enim philosophicum in his non agnoscō) ad doctrinam de persona Christi, & omnipræsentia carnis; &c. quam ex ullo alio philosophemate sperari possit.
2. Immobilitas omnino retinenda est inter proprietates loci; quæ definitioni tamen Aristotelis nihil adversatur.
3. Potentiae animæ non sunt eadem essentialiter cum anima.
4. Et si maximè essent, tamen Scegkij Trinitatem h̄c (ut præsumit) nunquam exemplo h̄c aliquo ostenderit.
5. Universale primo cognitum est; sed non quā tale.
6. Vacuum in natura rerum non datur.
7. Terræ situs naturalis est, et si ab aqua undiquaque non ambiatur.
8. Oleum quod naturaliter quiescebat in vitro, nihilo minus infusa aqua ascendit naturaliter.
9. Nimis frigidè rem agunt, qui elementum ignis ex universo subtractum volunt.
10. Sapientem dominari astris (quod princeps Mathematicorum dixerat) si rectè interpreteris, verissimum est.
11. Levioris concoctionis cibos præmitti oportere, qui Conciliatorem (Petrum de Apono) audiverit, profectò subdubitare incipiet.
12. Principiorum doctrinam in scientijs primam, nemo negaverit; at vero hoc munere defungi, eum qui de Ente agit, ex hac disputatione constat, ut de Causis primo loco agere, ut non sit necesse.



Iudicantur quod vox unius exprimitur. Et affinitas, superiori dispens. lib. 49. Et seq. constitutum est, nempe unum non esse Indivisionem sed Ensificatu videlicet adaequato. Indivisionem vero Entis rationem, Enti superadditum, rationem ut


38. In Unitatis auctem nacione cum duploceptum, 1. Entitatis indivisa, 2. privationi Ens iuri posuit, Nunquid unum primò dicit Ens, vel i primum illum conceptum secundo anteponimus, quod superiori dispens. lib. 36. jam ante constitutum

39. Quibus recta ratione comparatis facilius inquit Arist: Unum non esse prater Ens: uniuersum naturam, propterea quod se invicem sequantur una ratione significantur: 4. Met. t. 3. Et quod aut simpliciter, aut prout est unum, indivisibile est. Ego enim qua unus sum, individuum sum, nego, si quemadmodum homo universale, ut in aliis hominibus. Quia vero sum quantus, dividuum sum. Et c.

40. Nego obscurum esse potest, quam plane rationes Timpleri l. 2. c. 3. q. 11. eo quod unum non vel indiviso sit, sed Ens indivisum. Et (verba absurdum non sit, tribuere Deo nomina privativa imperfectionem significant, cum id, cuius absentia perfectionem importet.

41. Imò vero, si extra ens consideretur unum non designat: ita eminem quam habet, ab Ente etiam respectum magis & minus accipit: Et omnino ipso, quatenus ens, vel tale Ens, simplicitatis vel perfectionis vel imperfectionis est, id omne unitati ratione cum Ente, commune est.

42. Ex eodem hoc fundamento enascitur, quod respondendum est: In quibus ut pleraque recte dicuntur, concluditur, veritatem sententia proposita nequaquam



re vera
elucide-
signi-
exire
liet.
t con-
ubita-
? nos
ad id,

quod
ndem
quod
num
plex:
nulti
obins-

riant
edans
709.)
num
per-

editio-
cuius
Ente
per-
illius

8.19.
inde
i uno
nita-

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. C 47
Patch Reference numbers on UTT